

## METRO E STILE IN VIRGILIO

Lucio Ceccarelli - Università dell'Aquila

1. Verg. *Aen.* 3.692-718

|  |     |      |
|--|-----|------|
| Sicanio prae <i>tenta</i> sinu iacet insula contra<br>Plemyrium undosum; nomen dixer <i>priores</i><br><b>Ortygiām.</b> Alpheum fama est huc Elidis amnem<br>occultas egisse uias subter <u>mare, qui nunc</u> | 695 |      |
| ore, Arethusa, tuo Siculis confunditur undis.<br>Iussi   numina   magna <sup>T</sup> loci ueneramur, et inde<br>exsupero praepingue solum stagnantis Helori.   |     |      |
| Hinc altas cautes projectaque saxa Pachyni<br>radimus, et fatis numquam concessa moueri  | 700 |      |
| adparet Camerina procul campique Geloi,<br>immanisque Gela fluuī cognomine dicta.  |     |      |
| Arduus <b>inde</b> Acragas ostentat maxuma longe<br>moenia, magnanimum quondam generator equorum;  | 705 |      |
| teque datis linquo uentis, palmosa Selinus,  |     |      |
| et uada dura lego saxis Lilybeia caecis.   |     |      |
| Hinc Drepani me portus et <u>inlaetabilis</u> ora<br>accipit. Hic, pelagi tot <u>tempestatibus</u> actis,  |     |      |
| heu genitorem, omnis curae casusque leuamen,   | 710 | +    |
| amitto Anchisen: hic me, pater optime, fessum  |     | X    |
| deseris, heu, tantis nequiquam erexit periclis!  |     | +    |
| Nec uates Helenus, cum multa horronda moneret,   |     | *    |
| hos mihi praedixit luctus, non dira Celaeno.   |     | +    |
| Hic labor extremus, longarum haec meta uiarum.   |     | +    |
| Hinc me digressum uestris deus adpulit oris.   | 715 | X    |
| Sic pater Aeneas intentis omnibus unus   |     | +    |
| fata renarrabat diuum, cursusque docebat.  |     | +    |
| Conticuit tandem, factoque hic fine quieuit.   |     | +    |
|  |     | DSSS |
|  |     | SSSD |
|  |     | DSSS |
|  |     | SDSS |
|  |     | DSSS |
|  |     | DSSS |
|  |     | DSSD |
|  |     | DSSS |

2. Verg. *Aen.* 12. 791-842

|   |     |      |
|---|-----|------|
| Iunonem interea rex omnipotens Olympi<br>adloquitur fulua pugnas de nube tuentem<br>'Quae iam finis erit,   coniunx? quid denique restat?<br>Indigetem Aenean   scis ipsa et scire fateris<br><u>deberi caelo   fatisque ad sidera tolli.</u> | 795 | SSSS |
| Quid struis, aut qua spe   gelidis in nubibus haeres?   |     |      |
| Mortalin decuit   uiolari uulnere diuum,  |     |      |
| aut ensem (quid enim   sine te Iuturna ualeret?)  |     |      |
| <u>ereptum reddi   Turno et uim crescere uictis?</u>  |     | SSSS |
| Desine iam tandem   precibusque inflectere nostris,   | 800 |      |
| ne te tantus edit   tacitam dolor et mihi curae   |     |      |
| saepe tuo dulci   tristes ex ore recurrent,   |     |      |
| ventum ad supremum est.   Terris agitare uel undis  |     |      |
| Troianos potuisti, infandum accendere bellum,   |     | SSSD |

|  |     |       |
|--|-----|-------|
| deformare domum et luctu miscere hymenaeos:<br>ulterius temptare ueto.'  | 805 |       |
| Sic Iuppiter orsus;<br>sic dea submisso contra Saturnia uult:  |     |       |
| 'Ista <sup>T</sup> quidem <i>quia</i> nota <sup>T</sup> mihi <i>tua</i> , magne, <sup>T</sup> uoluntas,<br>Iuppiter, et Turnum et terras inuita reliqui; |     | DDDD  |
| nec tu me aeria solam nunc sede uideres  | 810 | DSSS  |
| digna indigna pati, sed flammis cincta sub ipsa  |     | SDSS  |
| starem acie traheremque inimica in proelia Teucros.  |     | SDSS  |
| Et nunc cedo equidem  pugnasque exosa relinquo.  |     | DDDS  |
| Ieturnam misero  (fateor) succurrere fratri<br><u>suasi et pro uita   maiora audere probauit,</u>  |     | SDDS  |
| non ut tela tamen,   non ut contendet arcum:   | 815 | SSSS  |
| adiuro Stygii   caput implacabile fontis,  |     | SDSS  |
| una superstitio   superis quae redditia diuis.   |     | SDDS  |
|  |     | DDDS  |
|  |     | SDSS  |
| <u>Illud te, nulla fati quod lege tenetur,</u>   |     | SSSS  |
| pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum:  | 820 | DSSS  |
| <u>cum iam conubiis pacem felicibus (esto)</u>   |     | SSSS  |
| <u>component, cum iam leges et foedera iungent,</u>  |     | SSSS  |
| ne uetus indigenas nomen mutare Latinos  |     | DDSS  |
| neu Troas fieri iubeas Teucrosque uocari   |     | SDDS  |
| aut uocem mutare uiros aut uertere uestem.   | 825 | SSDS  |
| Sit Latium, sint Albani per saecula reges,   |     | DSSS  |
| sit Romana potens Itala uirtute propago:   |     | SDDS  |
| occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.'   |     | DDDS  |
| Olli subridens hominum rerumque repertor:  |     |       |
| 'Es germana Iouis Saturnique altera proles:  | 830 | SDSS  |
| irarum tantos uoluis sub pectore fluctus.  |     | SSSS  |
| Verum age et inceptum frustra summitte furorem:  |     | DSSS  |
| do quod uis, et me uictusque <sup>T</sup> uolensque <sup>T</sup> remitto.  |     | SSSD  |
| Sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt,  |     | SDDDS |
| utque est nomen erit; commixti corpore tantum  | 835 | SDSS  |
| subsident Teucri. Morem ritusque sacrorum  |     | SSSS  |
| adiciam faciamque omnis uno ore Latinos.   |     | DDSS  |
| Hinc genus Ausonio mixtum quod sanguine surget,  |     | DDSS  |
| supra homines, supra ire deos pietate uidebis,   |     | DSDD  |
| nec gens ulla tuos aequa celebrabit honores.'  | 840 | SDSD  |
| Adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit;  |     |       |
| interea excedit caelo nubemque relinquit.  |     |       |

### 3. Verg. Aen. 2.268-297

|  |     |      |
|--|-----|------|
| Tempus erat quo prima quies mortalibus aegris                |     | DSDS |
| incipit et dono diuum gratissima serpit.                     |     | DSSS |
| In somnis ecce ante oculos maestissimus Hector               | 270 | SSDS |
| uisus adesse <sup>T</sup> mihi   largosque effundere fletus, | X   | DDSS |
| raptatus bigis ut quondam, aterque cruento                   | +   | SSSS |

|   |                            |     |  |
|---|----------------------------|-----|--|
| puluere <u>perque</u> <sup>T</sup> pedes   traiectus lora tumentis.<br>Ei mihi, qualis <sup>T</sup> erat,   quantum mutatus ab illo<br>Hectore qui redit <b>exuuias</b> indutus Achilli<br>uel Danaum Phrygios iaculatus pupibus ignis,<br>squalentem barbam et concretos sanguine crinis<br>uulneraque illa <sup>T</sup> gerens,   quae circum plurima muros<br>accepit patrios! | X<br>X<br>*<br>*<br>+<br>X | 275 | DDSS<br>DDSS<br>DDDS<br>DDDS<br>SSSS<br>DDSS |
| Vltro flens ipse uidebar<br>compellare uirum et maestas expromere uoces:  | #<br>#                     | 280 | SDSS<br>SDSS                                 |

"O lux Dardaniae, spes o fidissima Teucrum,  
quae tantae tenuere morae? | quibus Hector ab oris  
exspectate uenis? | ut te post multa tuorum  
funera, post uarios hominumque urbiske labores  
defessi aspicimus! | quae causa indigna serenos  
foedauit uultus? | aut cur haec uulnra cerno?"

Ille nihil, nec me quaerentem uana moratur,  
sed grauiter gemitus imo de pectore dicens,

'heu fuge, nate dea, | teque his' ait 'eripe flammis.  
hostis habet muros; | ruit alto a culmine Troia.  
sat patriae Priamoque datum: | si Pergama dextra  
defendi possent, | etiam hac defensa fuissent.  
sacra suosque tibi commendat Troia penatis;  
hos cape fatorum | comites, | his **moenia quaere**  
magna pererrato | statues | quae **denique ponto.**'

Sic ait et manibus uittas Vestamque potentem  
aeternumque adytis effert penetralibus ignem.

#### 4. Verg. *Aen.* 6.440-476

Nec procul hinc | partem | fusi | monstrantur in omnem  
Lugentes | campi: | sic illos || nomine dicunt.  
Hic quos durus amor | crudeli || tabe peredit  
secreti | celant | calles | et myrtea circum  
silua tegit; | curae | non ipsa in morte relinquunt.

His Phaedram Procrinque locis maestamque Eriphylen  
crudelis nati monstrantem uulnra cernit,  
Euadnenque | et Pasiphaen; | his Laodamia  
it comes et iuuenis quondam, nunc femina, Caeneus  
rursus et in ueterem fato reuoluta figuram.

Inter quas Phoenissa<sup>T</sup> recens a uulnere Dido  
errabat silua in | magna; quam Troius heros  
ut primum iuxta stetit agnouitque per umbras  
obscuram, qualem primo qui surgere mense

|   |     |                                      |
|---|-----|--------------------------------------|
| aut uidet aut   uidisse <sup>T</sup> putat per nubila lunam,<br>demisit lacrimas dulcique adfatus amore est:  | 455 | DSDS<br>SDSS                         |
| 'Infelix Dido, uerus mihi nuntius ergo<br>uenerat exstinctam ferroque extrema secutam?<br>Funeris heu tibi causa   fui? per sidera iuro,<br>per superos et si qua   <sup>T</sup> fides tellure sub ima est,<br>inuitus, regina, <sup>T</sup> tuo de litore cessi. | 460 | SSSD<br>DSSS<br>DDDS<br>DSDS<br>SSDS |
| Sed me iussa deum, quae nunc has ire per umbras,<br>per loca senta situ cogunt noctemque profundam,<br>imperiis egere <sup>T</sup> suis; nec credere quiui<br>hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem.   |     | SDSS<br>DDSS<br>DSDS<br>SDSS         |
| Siste gradum   <b>teque</b> aspectu   ne subtrahe nostro.   | 465 | DSSS                                 |
| Quem fugis? extremum fato quod <b>te</b> adloquor hoc est.'   |     | DSSS                                 |
| <br>Talibus Aeneas ardentem et <u>torua tuentem</u><br>lenibat dictis animum <u>lacrimasque ciebat</u> .<br>illa solo fixos oculos <u>auersa tenebat</u><br>nec magis incepto uultum <u>sermone mouetur</u>   | 470 | DSSS<br>SSDD<br>DSDS<br>DSSS         |
| quam si dura silex aut stet Marpesia cautes.<br>tandem corripuit sese atque <u>inimica refugit</u><br>in nemus umbriferum, coniunx ubi pristinus illi<br>respondet curis aequatque <u>Sycheus amorem</u> .  |     | SDSS<br>SDSD<br>DDSD<br>SSSD         |
| Nec minus Aeneas casu <u>concussus iniquo</u>   | 475 | DSSS                                 |
| prosequitur lacrimis longe et <u>miseratur euntem</u> .   |     | DDSD                                 |

5. Verg. *Georg.* 4. 210-227

|   |     |   |      |
|---|-----|---|------|
| Praeterea regem non sic Aegyptus et ingens  | 210 | + | DSSS |
| Lydia nec populi Parthorum aut Medus Hydaspes<br>obseruant.   Rege incolumi   mens omnibus una est; |     | X | DDSS |
| amisso rupere <sup>T</sup> fidem constructaque mella  |     | X | SSDS |
| diripuere ipsae et   crates soluere fauorum.  |     | + | SSDS |
| Ille operum custos, illum admirantur et omnes   | 215 | + | DSSS |
| circumstant fremitu denso stipantque frequentes   |     |   | SDSS |
| et saepe attollunt umeris et corpora bello  |     | X | SSDS |
| obiectant pulchramque <sup>T</sup> petunt per uulnera mortem.                                       |     | X | SSDS |
| <br>His quidam signis atque haec exempla seuti<br>esse apibus partem diuinae mentis et haustus      | 220 |   | SSSS |
| aetherios dixere; <sup>T</sup> deum namque ire per omnia  |     |   | DSSS |
| terrasque tractusque <sup>T</sup> maris caelumque profundum;  |     |   | DSDS |
| Hinc pecudes, armenta, <sup>T</sup> uiros, genus omne ferarum,                                      |     |   | SSDS |
| quemque sibi tenuis nascentem arcessere uitias;   |     |   | DSDD |
| scilicet huc reddi deinde ac resoluta referri   | 225 |   | DDSS |
| omnia nec morti esse <sup>T</sup> locum, sed uiua uolare  |     |   | DSSD |
| sideris in numerum atque alto succedere caelo.  |     |   | DSDS |
|   |     |   | DDSS |

6. Verg. *Bucol.* 8. 36-51

Incipe Maenalios mecum, mea tibia, uersus.

|   |    |      |
|---|----|------|
| saepibus in nostris paruam te roscida mala<br>(dux ego uester eram) uidi cum matre legentem.<br>Alter ab undecimo tum me iam acceperat annus;<br>iam fragilis poteram a terra contingere ramos. |    | DDSS |
| Vt uidi, ut perii, ut me malus abstulit error!<br>Incipe Maenalios mecum, mea tibia, uersus.  | 40 | DDSS |
| Nunc scio quid sit Amor: duris in cotibus illum<br>Ismarus aut Rhodope   aut extremi Garamantes<br>nec generis nostri puerum nec sanguinis edunt.   |    | DDSS |
| incipe Maenalios mecum, mea tibia, uersus.  | 45 | DDSS |
| Saeuuus Amor docuit natorum sanguine matrem<br>commaculare manus, crudelis tu quoque mater;<br>crudelis mater magis, an puer inprobus ille?   |    | DDSS |
| Improbus ille puer, crudelis tu quoque, mater!  | 50 | DDSS |
| incipe Maenalios mecum, mea tibia, uersus.  |    |      |